

EPISTOLA ITINERARIA LXXIII.

DE

LAPIDE
SERPENTINO
HALENSI,

AD

VIRVM ILLVSTREM ATQVE
EXCELLENTISSIMVM DOMINVM,

DOMINVM

PAVL. GOTTLIEB.

WERLHOF,

MED. DOCT. EXPERIENTISSIMVM,
SERENISS. AC POTENTISS. MAG. BRITAN.
REGIS ARCHIATRVM, ACAD. NAT. CVR. ET
SOC. REGIÆ LONDIN. COLLEGAM,
FAVTOREM ET AMICVM SVAVISSIMVM.

Mmm mm 3

Anno

Anno 1734. in Epist. Itineraria XXVII. Cent. I. ad Te, Vir Illustris atque Doctissime, data, lapidis serpentini magnetici mentionem feci, ante aliquot forte septimanas notus mihi factus fuit *ophites Halensis Sueviae*, de quo in praesenti sequentia, forsan non ingrata, Tecum communicabo. Nominatus lapis serpentinus, variegatus, a Dom. Mich. Gratern inter Kröpfelbach & Geislingen in sic dicto loco, *die Klingent an der Buhler* quondam repertus fuit. Quod ad pondus, tres & $\frac{1}{4}$ libras cum uncia una habet; magnitudinem ac figuram ex tabula addita conicere facile potes; figura rotunda ad ovalem vergit, supra & infra parum plana existit; summæ durtiei saxum, & quod ad proportionem, maxime ponderosum; an artefactum, an naturale corpus? me fatet; nec distinguendum; admodum læve, quasi artificis manu politum; coloris ex obscuro-cerulei, per plurimis maculis minoribus atris parum micantibus mixti; sunt inter maculas quædam clare hepaticæ & ex candido cinereæ, non unius latitudinis, nihil indicantes. In peripheria color magis est obscurus, in binis superficiebus planis adspersiones lucidæ, quæ simul cum supra notatis maculis lapidem mire variegatum ac curiosum reddunt, apparent. Locus a & b. sunt lineæ elatæ, rotunditates ovales repræsentantes.

Tab.
XXXIV.

Hoc concretum lapideum spectandum senior familiæ Graterianæ Halæ Suevorum nunquam non sancte adservat, qui officiose salutatus istud peramanter petentibus pro recognitione ac honorario voluntario gratiose offert. Usum apud quasdam personas in tumoribus œdematosis, aliisque, nec non bubonibus, habet; hæc mala lapide in fornace calefacto leniter adfricta, disutiuntur atque disparent. Vim specificam laudato serpentino minime attribuo; lapis per se non juvat, sed frictio, hæc humores viscosos, in tuberi-
bus

Cent. II. Tab. XXXIV.



bus stagnantes, resolvere ac discutere valet. Me iudice & alii lapides, v. g. artefacti ex marmore viridi Zöblicensi, &c. lævigati, calefacti, tumoribusque affricati similem cum dicto Halensi dubio procul præstabunt effectum.

Integram hujus lapidis in agro Halensi-Suevico reperti, historiam ac inventionem ex M. Mart. Crusii, Prof. Tubing. Annalibus Suevicor. P. III. L. XII. p. 829. & ex ejus Schwäbisch. Chronic. P. III. L. 12. c. 37. in sequentibus accipe:

Es ist zu bewundern, was ich von dem Schlangen Stein, der in dem Schwäbisch-Zällischen Land gefunden worden, erzehlen will. Von welchem wir folgendes von glaubwürdigen Personen vernommen. Es hat sich vor unserer Väter Zeiten zuggetragen, daß ein Mann von alt berühmter Treue, der aus dem ansehnlichen und zahlreichen Geschlecht der Gräter her stammte, und M. Michael Gräters, berühmten Rathsherrn, Sünfers und Scholarchens allhier, Ur- oder Ur-Ur-Gros-Vater, den Gottes Dienst zu verrichten (wie man zu selbigen unglücksel. Zeiten vermeynte) zu den Tempeln einiger heiligen Wallfahrten wolte, und in den Diepacher Thälern, durch welche den Dörfern Kröpfelbach und Geißlingen der Fluß Buhler hinfließt, daß, sag ich, ein Gräter auf dem Weg ein unerhörtes Geräusch und Gezisch gehört, welchem er mit Fleiß nachgegangen, und einen unglaublichen grossen Haufen von Schlangen, Wasser-Schlangen, Wald-Schlangen, Orttern und Feuer-Schlangen, so sich in einander geflochten, angetroffen; nach dessen Anblick er einen abgehauenen Baum! so nicht weit davon entfernt war, auf diesen Haufen geworffen, und sie aus einander getrieben. Was er vermögte, hat er umgebracht, und endlich an eben diesem Ort diesen Schlangen-Stein aufgehoben. (Dom. Graterum de

de terra hunc lapidem sustulisse, nullus dubito, istum vero ex serpentibus ortum traxisse, ad credendum vix cogor) dieser Stein war von Caspar Grätern, einem Rathsherrn feyerlich und gleichsam heilig, als eine Großväterliche Beylage der Gräterischen Nachkommenschaft mit der Verordnung anbefohlen, daß hinführo, so lange die Sonne mit ihrem hellglänzenden Licht die Erde beleuchten wird, er in der Freundschaft solle aufbehalten werden, und zwar von einem, der ein Bürger zu Hall, und der älteste unter den Grätern wäre, welches auch bis dato fleißig beobachtet worden.

Inter mirabilia relatum est: quod aliquando cum Venetiis Augustini Ducis ex Barbatica gente dissecaretur defuncti cadaver, ut eximerentur interranea: inventus est lapis coloris serpentini, in nigredinem tendentis. Haud minus mirandum est, quod de lapide serpentino, in agro Halensi-Suevico reperto, referam: tamen si alio in subjecto, aliisque causis sufficientibus, concreto; de quo hæc ex fide dignis hominibus, fama & auditione accepimus: Accidit ante patrum nostrorum memoriam, ut homo antiqua virtute ac fide, religiosi cultus gratia ad sanctorum quorundam jens fana, in Dipachianis convallibus, ut, inquam, Græterus quidam, iter faciens, sibilum quendam & stridorem inauditum audiret; quem indagine quadam sequutus, acervum fide majorem, ex serpentibus, hydris, colubris, viperis & rubetis, inter se implicatis, permixtum reperit. Quo viso, arborem, quæ proxime aberat, resertam, super eum acervum coniecit ac dissipavit; quod potuit, interemit, & tandem in eo ipso loco, lapidem illum serpentinum, oculorum acie conspicatus, sustulit. Hic lapis, cui nostrates a rubeta nomenclationem indiderunt, a Casp. Grætero. Senatore Halensi, M. Michaëlis avo, solenniter & quasi

quasi religiose, tanquam avitum depositum, posteritati Græterorum commendatus est, hac lege, ut posthac, dum sol flammigera lustrabit lampade terras, in ea familia adser-
varetur, & quidem ab eo, qui civis esset Halensis, omnium-
que Græterorum natu maximus. Id quod per multorum
annorum curricula est studiose observatum.

Hujus lapidis usus, quantum quidem nostris homini-
bus est exploratum, est: cum ne variis, iisque venenatis
tumoribus, ulceribus, inflammationibus, tam hominum,
quam jumentorum, quæ ex lapidis contactu frequentiore
sanantur: tum in moribus venenatis, quibus applicitus,
venenum disjicit. Id quod in morbis quoque contagiosis
pestilentia fieri consuevit, si tubercula extrinsecus appareant.
Quin & alias quasdam vires occultas, easque saluberrimas,
hunc lapidem habere, hinc conjecturam capimus, quod
nonnulli viri, secretioris rerum naturæ amatores, magno
cum pretio sibi vendi a Græteris sæpenumero petiverunt.
Pondus lapidis sunt IV. libræ vulgares, minus fescunce.
Figura fere ovalis, i. e. rotunda in longum. Audio aliunde,
mulieribus, difficultate partus laborantibus, adhiberi illum
lapidem, & eas mox liberari. Sed nemini commodato dari,
nisi certam summam florenorum oppignoret, majorem præ-
fertim, si extra urbem alicui mittatur. Halæ Suevicæ. XI.
Kalend. Febr. 1590.

Lapis videtur siliceus ex regno minerali, qui nunquam
fuit originis animalis. Vale & me porro ama, qui ego
Te, Vir celeb. & Tuas eximias dotes virtutesque incompara-
biles nunquam non depereo plane. Summus rerum arbi-
ter prosperam ad omnium vota Tibi concedat cum vita va-
letudinem in amplissima familia patrociniū firmissimum,
in multorum ægrotorum solatium ceruissimum!

Wolffenb. d. 14. Jun. 1747.

N n n n

CEN-